

libro secundo in locis mentione. Porro & illud semen odoratum, subrubrum; quod aliqui pro minori Cardanomio perpetram usurpare, seplasarijs Nigella cirtina vocant, Melanthij genus est. quippe ipsa feminis ferma, odor, ac saper nihil prouersus a Melanthio discrepat. Verum si modò in aliquo disident, color est, qui in altero niger, in altero nero subfuscus con�icuitur. Quo sit quod etiam superius de Camino differentes diximus ut magno in errore uerfentur Monachilli, qui in Mesuem commentarios edidere, quod prater rationem afferre sint aucti. Nigellam subflavam, nîl aliud esse, quam Cinnamum syriacum primo generi a Dio coride assignatum. Porro Pseudomelanthij semen in farmam tritum, & ex melle illitum, maculas cuius quasque detet, & ventris animalia pellit, tan potum, quam ex bibulo felle, & acetato uenit illitum. Melanthij Melanthii vi meminit Galenus libro 7 simplicium medicamentorum his uebris. Melanthium excalcat, atque desiccat terio ordine. Videlicet etiam tenuum esse partium: unde etiam distillatione sonat, calidum in linteо adnotum, atque affidatio officium.

¹⁰ Quicunq[ue] tam si intrò in corpus sumatur, n[on] maximè statim extinguit. Hinc constat efficiens ipsum esse uirtutis, & ad iungendam à caliditate elaborate. Propterea sanè etiam anarum est. Ostenitus uero in quarto horum uoluminum est, quod cùm ad extremam tenuitatem, atque elaborationem terrena pertinet substantia, amara pronenit qualitas. Itaque mirum non est, si lumbricos intermit non essem modò, sed etiam foris ventri impositum. Siquidem & id prestat per se saporem amarum nonstrifacit est. Neque an[te] etiam mirandum, si lepræ, clavos, myrmecias ericiat, ei prestat, qui in superioribus libris comprehensorum hanc est immensus. Si uero etiam orthopœdiam iuuat, & menses prouocat, qui utique ob crastinem, aut uiscitatem humorum retentum fuerint. In summa, ubi incisio, extorsione, desiccatione, excalificatione est opus, prestans tamen id remedium est. Maðus si Greci, Melanthium quoque & Gith Latinus dicunt: Mauritan, Xamini, Sunis, seu Nomina. Sunizi: Itali, Melanthio: Germani, Schuartz roemisch, & scuartz coriander: Hispani, Neguilla, & Alpiure: Galli, Poirelle, & Nelle.

20

Z. 19. 19.

LASERPITIVM.

CAP. LXX VIII.

Laserpitium in Syria, Armenia, Media, Libya nascitur: caule ferulaceo, quem † maspetum uocant: folijs aplois similibus late semine. Radix excalfacit, in cibis agrè concocuitur, uiscice noxia. Sugillatis illata cum oleo, & styrax, ac tuberculis cum cerato, medetur: si chalcidis conuenit cum iuriu, aut cypriano cerato: excrescentibus circa sedem tollendis illinitur, cum putamine mali punici, & acetato decocta. Venenis potis resiliunt: os commendat, cibis, aut fali permitta. Lafer è radice, atque cava le fraticatis colligitur. Praefertur autem b[ea]tum rufum, translucens, myrrhe emulsum, non porraceum, odore ualens, suau gustu, quod dilutum facili albeficit. Cyreniacum si quis degustauerit, humorem rotio corpore ciet: blandissimo odore, adeo ut ne os quidem gustanti nisi paululum spiret. Medicum, & Syriacum minus uiribus ualent, & magis virosum reddunt odore. Lafer omne antequam sicceatur, adulteratur sagapeno, aut faba lomento, quod maleficium deprehenditur gustu, odore, uisu, & dilutione. Caulem aliqui silphion, radicem magudarin, & folia maspeton uocauerunt. Efficacissimum lafer, mox folia, postremo caulis. Acrem uira habet, inflationes facit; petruntas cum acetato, pipere, & uino alopecias sanat. oculorum aciem exauictat, & incipientes suffusiones, illatum cum melle, dissipat: cauerunt dentium in dolore indutum, aut cum thure in linteо circumligatur, aut cu[bi] hydropo, & ficsis coctis in poasca, os colluitur: ijs prodest, quos bestia in rabie eferata momordit, vulnibus immisum. Valer aduersus uenenam telorum, & animalia omnia, que uiris ejaculantur, porum, aut illitum; scorpionum plagis dilutum oleo circumlinitur; gangranis praocoerit, immittitur; & cum ruta, nitro, & melle, uel per se carbunculus. Clavos, callosaque prius circumratis ueluti, cerato, aut aridorum siccum carne pramollitum. Recentes lichenas ex acto sanat, & excrecentia in carne, polypoſque, si aliquis diebus cum atramento futorio, aut arugine illinatur, extuberantia cum forice extrahit. Veteribus fauicium scabritus opitulatur; grauem, subito q[ui]rraescens tem uocem, dilutum aqua, forbitone confessum expedit: uiam illitum cum melle reprimunt; anguis ex aqua multa usitissime gargarizatur. Ve scentes latiore colore mangonizat, tuffi commode in forbili ouo datur, & pleuritis in forbitonibus in felis suffusione, & aqua inter cutem cum aridis ficsis. Horrores discutit cum uino, pipere, & thure; potum, neruorum contractionibus, opisthotonicisque datur oboli pondere deuorandum, haerentes gule, hirudines, gargarizatum cum acetō decutit. Ad lacintus coagulatum bibitur: comitibus ex acetō mulso proficit: menses ciet, cum pipere, & myrrha potum: celiacos adiuuat, in acino ueu spatum; cum luxiuo autem potu datum, repente conuulsus, ruptisque prodest, ad potionis resolutur amygdalas amaris, aut ruta, aut calido pane. Foliorum succo eadem præstant, fed multo inefficacius. Cum acetō mulso mandit, ad expediendam arteria, maximè cùm vox retunditur. Eo cum lactucis utuntur, exiitque in uicem crux. Fertur & altera magudaris in Libya nasci, radix laserpitio similis, sed minus crassa, acris, & fungosa, ex qua non profuit succus. Euiludem cum laserpitio facultatis.

C Redidimus iandudum Laserpitij lacryman nibil aliud esse, quam illud iuendi ac suauis odoris gummi, quod pharmacoepis atque uoguentarijs Belzoni nominatur. Neque certè hac tamen grater rationem in ea perficiunt opione. nam cùm id nihil deprehenderetur odoratum, rufum foris, inutus candidum, translucent, & quod dilutum albeficeret, non poteram non adduci, ut crederem hoc esse legitimum Lafer. Huc illud quoque accedebat, quod complures erant viri docti & re medice studiosi, qui idem mecum sentiebant. Verum cùm postea capitem Laserpitij ac Laserpis historiam diligenter examinare, atque plura ex Strabone, Theophrasto, Dioscoride, Galeno, & Plinio collegisse, que priori non opioni aperte aduersari uidebantur. facile in aliam deducunt siu sententiam. etenim sic animus induxi meum, ut malin reperitum cederet, quam pertinaciter (quod multi faciunt) falſa tueri. Strabo itaque libro ultimo Geographie testatur, Silphium suo usque tempore Cyrenis defecte, his uebris Cyrenis finitima est regio, que Silphium egredit, & Cyreniacum succum, quem Silphium posterius effert. Id proponamus defectum, cùm aliquando barbari odio quadam ingriffissent, ac radices eius penè omnes eruerunt. Fuerunt hi Nomades uiri, bac ille. At Plinius Cyreniaci sueci defectum non in barbaros vt Strabo, sed in publicanos quodam referit libro 19. cap. 3. vbi de eo ita scribit. Ab his proximum dicetur autoritatem clarissimum Laserpitium, quod Greci silphion vocant, in Cyrenica prouincia reperitum: cuius succum vocant Lafer, magnificum in ufo, medicamentis; & ad pondus argentei denarij per sum. Multis tam annis in ea terra non inuenitur, quoniam pulicaria, qui pascua conductum, maius ita lucrum sentientes depopulatur pecorum pabulo. Vnus autem caulis nostra reperius

† Orb. p[er]u[er]to.
† Irh. addit.
quod addit[us] o[ste]r
zaznacra ma
yod[us] ap[er]t. i. lo
tuo q[uo]d ma
gyardis voca
tur.

a Meum. L[et]u
p[er]u[er]to. i. in
tuicis.
b Meu. Or[bi]
p[er]u[er]to. sub
tuicis.

c Meum, &
Drap. Astrop[er]a
d[icitur] d[icitur] d[icitur]
au[tem] reis
re[re]g[er]at. i.
in rábi ci
mos moris iu
stis, vulneris
b[ea]tum impo
d[icitur] d[icitur]
katez[er]ziv
tov. i. prius
scarcificat.
c Meu. eas
xóu[er]a. i. ex
crecenti car
nem.

f Meu addit.
i. u[er]ba
rude. i. per
aliquo d[icitur]
g. h[ab]ent. i.
c[on]tra. i. aut
melle, aut a
qua.

Laserpitij, seu
Laserpis collis.

pertus memoria, Neroni principi missus est, hactenus Plinius. Huic vero cum Theophrasto ferme conuenit, quod hic scribat pecus silphio purgari, purgescere; uehementer, & carnes mirabilem in modum staves reddi. Cum igitur Strabonis & Plinius testimonio constet, Silphion Cyrenis eorum usque statice decessisse, neque inibi inueniri, sed marum uideri debet, si nostra etiam tempestate decesserit, atque nullum iam ad nos aduertitur, quod legittimum dici possit. Quare id gummii, quod seplas Belzoniū cuncte meo quicquid iudicio, merum silphio liquorem mentitur potius quam sit. Sed his illud quoque addamus, quod Scrobo auctore est, Sylphium adeo Cyrenensem olim custodibus suis effervescutum, ut inde alio deferri non posuisse. scilicet clavis a mercatoribus, qui unum afferabant. Plinius item Silphium ac pondus argenti per solitum tradit. quin & tanquam fructus suus esse Cestrum, ut illud inter arorum argenteum; protulerit ex arario. Ex quibus omnibus haud infirmum argumentum sum posse, quod Belzoniū nostrum non sit Silphio liquor. Quandoquidem id copiosum importatur non solum in Italiā, sed in uniuersam ferè Europam. Ad hec cum Dioscorides Cyrenaico succo vim aceru trahit, atque Galenū euidentē & calidissimum, & maxime tenuum partium faciat, non equidem video, quomodo vulgare Belzoniū posset id legitimum Laſer exprimere: quoniam illud nullum presus guslantum acrisenianum relinquit. Præterea validi de cortice, qui plerique Belzoniū implicati reperiuntur, arguit id arboris magne porus, quam ferulacea plantæ lacrymari esse. Quod etiam nuper retulit mibi quidam medicus Cyprus, qui Belzoniū nostrum in Cypro ex arbore satis procerā nomen affirmanit: ubi tamē Silphium nasci quia memoria proderit, hactenus inueni neminem. quenaçmodum neque in Ionia, neque in Peloponneso id digni, sed propterea Cyrenaicū tantum, literis mandauit Hippocrates. Atq[ue] illud nobis obviuet aliquis, quod Laſeritium non modo in Cyrenensem ergo quondam prouenerit; sed etiam (ut scribunt Theophrastus, Dioscorides, & Plinius) in Terpide, Media, Syria, & Tarsino monte: & quod ob id ad nos adueni posset. Nos huic ita facile respondebimus, quod Silphio illius liques ad nos accutur quidem, sed qui fitus sit, nō posse; odoris: atque cum effe dixerim, quem officinę medicorum assam fætidam vocant. Namque Laſer (ut Dioscorides testatur) Medicum, & Syria cum minus uiribus ualeat, & magis uirium reddit odorem, quietiam, eodem teste, Laſer omne antequam siccetur, adulteratur sagapeno, aut fabre lenito. Id quod ipsam scriptis tradidit, Plinius lib. superius citato. Quocirca mibi qui deinde ut non temere colligendum esse, quod prestantissimum Laſer, quale Cyrenaicum habebatur, a nobis omnino desideretur. Ceterum quid veteribus fuerit gummii illud elegansissimum, quod Belzoniū appellant, mibi hactenus incomperit. In qua certe ne non possem eorum opinioni subscrībere, quid id putat esse probatissimum myrrham. Hec siquidem, que optima sit (ut Dioscorides inquit) præter alias notas esse debet iniquae concolor, que confusa uenias anguum modo candida & lene ostendat, minutis glebis, amara, & acris, quas tamē notas in Belzoniū haedique quam repere. Nam etiū undique maculis consergatur, item fractis angustis vel ligulatis representat magis, quam unguum quorundam. Quin & maculae illæ tam interiores, quam exteriores partes obseruent, adeo ut Belzoniū gleba nihil aliud referat, quam deliberatum amygdalarum acervum, copioso melle exceptum. Adeo insper, quod myrram, quantum euidem inueniunt, memoria proditum est, myrrham in Cypro & Syria suis est plantis emanasse, sed in Arabia duntaxat (ut peribeth Theophrastus, Dioscorides, & Plinius) in Syria, in quibus thus etiam proueniit, quoniam Plinius myrrham quandam ex India adferri tradit, que omnibus myrra generibus deterior est. Sed quoniam non inueniunt, quoniam longam, de Laſeritio histioram tradidit Theophrastus libro 6. cap. 3. de plantarum histori, id eius verba sic subiiciam. De Laſeritio, inquit, nunc indicandum est. Laſeritior radix multa, crassissima: caulis quantus ferule, & crassitudine ferè proximus: folium, quod manducunt uocant, apio simile est: feme latum, foliaceum, quale quod foliolum appellatur: caulis annuis, ficut ferule. Ergo vere inuenire maestrum hoc exi, & pecus eo purgari, pinguisq[ue] est; uehementer, & carnes mirabilem in modum staves reduntur. Positac caulem edita hominum cibo idoneum omnibus modis, elixum, assimilatum, corpora eo quoque purgari ferunt, quadrangula diebus. Succus capitus duplex, alter ex caule, alter ex radice: deinde ex radice: deinde ex caule alterum radicarium uocant. Radix nigra cortice rugit, etiamq[ue] detrahere solent. Sunt ueluti corte mensurae cedentia radices, quibus quantum conserue putetur ad futuram cæstionem referuantes, reliquum abscondunt. Nec enim cœdū, neque plus constituto cedere licet: corruptum enim, purpureum, si diu maneat. Preparant id, conficitur, in Pyrexium portum adueniū hoc modo. Cùm in usq[ue] conceruerit, farinamq[ue] admicuerint, quantum longe, statim temporis: hinc etiam colorem cepit, & conditum iam incorruptum perdurat. Preparatio, cœsiusq[ue] ita se habet. Locum Aphrice amplum occupat, ampliorum, quam quartu[m] stadium militia in horis. Et eis erubore ferunt. Sed maiorem partem colligunt apud Syres. Pecciliare huius culta fugere loca producunt, quamobrem, si celata, nitefecit: folium, deuicta, atque omnino degenerata: ut pote natura culturæ aspernans ferociitatemq[ue] consilans uernacula. Cyrenenses annis septem primis, quam ipsi vobem habent, Laſeritium extinxerunt affirmant. Habituerū anno maximè trecentos usq[ue] ad Simoniadis Athenei magistratum. Illi sic referunt. Alij radicem Laſeritii cubitalē ferunt, aut paulo maiorem. Hanc in medio extubare in caput, quid sublimē penitus extat, ut ferè super terram esse apparet. Unde primum quod lac appellant, erumpit: deinde caulis aſſurgit, ex quo magydaris, & quod folium dicitur, excent. Folium id fennas est, quod cum auster ingenuo post caniculam flauerit, dicitur: atque ita Laſeritium nascitur, edendis: anno radix consummatur, & caulis. Sed hoc haud quecumque peculiariter notetur: nam alijs quoque idem tribuitur. ni dixeris, quod discussum id pretium nasci potest, ortum peculiarem fortis, si prædictis proprieta cœstionem accepit posse. Ad hanc circum foecidem id annum centent. Nam si reliquias seruas orvise, caulemque: totum proficeret, & deteriora tam hac, quam radicem reddi existimat: difessa autem fieri meliora, scilicet foli jucundio, beneisque glinto. Sed huius contrarium illi uolunt, qui culta recensare id inquietunt. Mandi quoque radices in aero recentis decisis referunt. Folium colore aurum emularunt. Contrariau[n]t etiam, quod pecore folio effato purgari minime indicant. Nam & ure, & hyeme, pecus ad montem dimitti affirmant: cibus non solū hoc; sed etiam altero quodam abrorno simili administratur. Vim ambo calefactoriam fortis planè uidentur, & purgare quidem nequaquam ualere: excicare autem, & concuorere unicū posse. Quod si que pecus agrestens, aut alijs minus bene se habens ingredi sit, mox eam sanari, aut emori auent, sed magna ex parte posse survari. Hæc igitur utro tandem sint modo, querendum. Quod uero Magydarim uocant, numerum Laſeritii differt: tenerius enim, minuſus uehementer, & sine Laſere est, neenon & aspectu manifesta experto homini conflat. Nascitur in Siria: nam apud Cyrenam, & monte Parnaso largè proueniare eandem affirmant. Sed quidam Laſeritium id appellant. An culta id quoque, modo Laſeritij fugiat, quadratum. Quid & si quid simile, aut proximum habeat, ad folij, caulisque rationem, & si quam ulo pactio emitat lacrymam, id inuestigandum. Ergo naturam ferulaceam, biseptem contemplari oportet. hec Theophrastus. Medicina Galenus Laſeritii libro 8. simplicium medicamentorum sic inueniunt. Laſeritij succus calidissimus est. Volum enim uero & folia, & caulis, & radix sat sternè exalſificant. Sed omnia flatulentia magis efficiunt, ac troiae concitū difficultia. Foris tanē inposita corpori efficacior, & omnium potissimum succus, admodum trahentem facultatem possidens. Attamen & excrescencias amoliendi, & liquandi vim quandam propter predictam eius temperiem.

Opinio quo-
rendam ex-
plicativa.

Laſeritii hi-
storia ex The-
ophrasto.

Laſeritij vi-
tes ex Gal.

10

20

30

40

50

60

In lib. tertium Dioscoridis.

157

ciens obinetur. Læseris quoque mentionem fecit, idem Galenus libro citato, sed ante fœsiūm, & sub absidito ^{et} hoc est, sicut titulo ita scribens. Opus, sive fœsiūm Cyrenaicus quicquid omnium & eadijissimum, & maxime repandum; aratum est; ac proinde omnium maximus dicitur. quamquam sanè & reliqui acmodum calidi sint, & sepiusq; siquidem pluvia & eorum pars efficiunt aere est, & igne. Porro complures habentur fœsiū: qui nis nanque radice intuta, aut rauca, quod ex sectione effluit, succus est. Ceterum specialius, & nolam per excellentiam quamvis Cyrenaicus ita nuncupat, & Medicum, Syriacum. Planta, que Grecis εἰαστος, Latinis Læserpitum appellantur: Mauritanis, Silphion; Italis, Læserpitum. Eius caulis pectoris Grecis dicitur: Αέθιος, Majestes. Folia uero quædoque pectoris Grecis dicuntur: Arabicæ, Anuiden, & Majestes. Liquor seu lacryma Grecis καρπος Latinis Læser nonnata-
tur. Radix μεγαλης επι Grecis vocatur.

Nomina.

10

Sagapenu.

SAGAPENVM.

CAP. LXXIX.

Sagapenum ferulacea herba succus est, que in Media nascitur. Optimum est translucens, fulvo fortinsecus colore, & intus albo, nec tamen quid inter latet, & galbantum redolens. guttæ acris. Prodefta latenter, & peccoris doloribus, tuisibus uerutis, conuolvis, & ruptis. ^a crassam pulmonis pituitam expurgat. Datur comitalibus, opifithonticis, licenfis: item cotta neruorum resolutionem, per frictions, & febrium circuitus in potu. In unguentu probè admittitur, menses pellit, sed factum exanimat, cum hydromelio potum. Prodref ex uino hauitum, lepertuum iſib; olfactu ex acetato uulvarum strangulatus excitat: oculorum cicatrices, oſſulam caliginem, hebetudines, suffusiones que de tergit. Refoluitur ut laſer, ruta, aqua, & amaris amygdalis, aut melice, aut calido pane.

Sagapenum officinale interpolato uocabulo Serapinum appellant. Ceterum est eius adulterati frequentior, & communis fere sit usus: tanen Venetijs prefatissimum quoque uenditur, idque illi præcipue comparant seplasarij, qui bonum diutius anteposuerunt. Ferulacea plantas, è quibus Sagapenum lacryma emanat, etiam in Apulia nasci auctior est Musa Ferarvensis. Id quod equidem hæc tenet compertum non habeo. Ex orientibus siquidem regionibus aliud aut, ut confit, caterys prefat. Arabicae familia auctores inter dictoletaria medicamenta Sagapenum referunt: quanquam ea Sagapeni facultas, quantum extat, à Gracis silentio pretermissa est. Sagapenum itaque (ut Melies tractat) crassum, lentoque humores dejet, crassamque pituitam, & aquam intercurrente educt. Porro facultate quadam propria cerebrum modificant, ac nervos, trahaque ab his excrements detrahunt. Confer item eorum morbis frigidis, nempe doloribus capitum diutiorum, hemorrhaicis, comitabiliis, uertiginis, paralyse, orisque diftensione. Pectus ualentissime expurgat, eiusque ac etiam lateris dolores tollit, præferunt sibi batum ex belenij, aut ruta docendo. Foris emplastris modo impeditum, aut intus alijum tumuſi diuina uexatis, ad difficiliter spirabitur, open maximum fert. Aqua intercurre latibuantibus singulare remedium est, si tamen flavis myrobalanis duplicitate pondere additis exhibeat. Difficitur compaginum diritum emplastris modo impositum, addito acetato, & capparum juice. Ruta succo, & anuum rapacum felle diutius maceratum, & in collyrys additum, oculorum caligines disiuit, aquamque in eos defluentem cibaret. Palpebrum item hordeolum uocatos sanat, si cum aceto siperponatur. Articularum compaginibus quemodlibet adnotum, dolores eorum mirifice fedat: quippe quoniam uidentissime humorum lentores in his cruciatus excitantes radicibus enelli, etiam si in coxendium aliarumque partium removitis, profundiq; locis q; delictuunt. Potum, aut clysteribus indutum colloribus a frigideitate, ac flatibus pronuenientibus maximè auxiliatur. Menes cit, fed satum interficit, tam basileum, quam suppofitum: contra uteri dolores, strangulatusq; prodref. Ventriculo tanien officit: ueru noxa corrigitur lenitifica resina, & Indica nardo. Sagapeni meminit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, ubi de eius uiribus effervit ipsius uerbis. Sagapenum liquor est calidus, & tenuum partium, siccus & ali liquores. Sed ab alteriore quendam ratione, quo uoculorum pronuenient crassissim, non malum est medicamentum. Porro planta ipsa, ex qua prouenient, ferula affinis, imbecilla, & inuillis est. Sanè ipsa primum Sagapenum appellatur. At liquor eius abius hoc nomen obtinet, seu alia quoque multa ex nominis defectu per absum nuncupamus. Perfectius namque foret ipsam cognominare non Sagapenum, sed Sagapeni succum. Sagapeni plantam, et si uiderim apiciam, & quodam in libro imprefiam, non libuit tamen eam hic excudere, quid ne sciam an Mercator ille Persa, cui accipiunt illam resuunt, uero, uel fabulosu narraverit. *Ια ταχίλων* Grecis dicitur, quod Latinis etiam Sagapenum: Arabibus, Sachabeugis, sive Sechbenezi: Sepiasarij, pariter & Hispanis, Serapino: Italos, Sagapeno.

Sagapeni con sideratio.

Sagapeni vi res ex Melies.

Sagapeni vi res ex Ga.

Nomina.

50

Euphorbiat.

EVPHORBIVM.

CAP. LXXX.

Evphorbiu Lybica arbor est, ferula speciem habens, que in Tmolio iuxta Mauritiam inuenitur. Tur. Ea acerrimo succo turget. Cuius exinium feruorem expaefcentes incole, ouillos uentres elutios, arbori circum ligant, & eminus caulem contis incidit, cōfictimque è plaga, perinde atque uafe quodam, in uentriculis copiolius lacti humor effluit, præter id quod humi sparfum, uulnus cicula tur. Duo suci genera; unum orobi magnitudine, sarcocolla modo emicat: alterum in uentriculis concrefit, atque uitreum spectat. Eligendum est transiucens, & acre. Euphorbiu adulteratur sarcocolla, & glutini mistione. Sed difficile quidem experimentum: quippe cum leui gustu, os accen sum diu detinat, adeo ut quicquid ori objicitur, planè euphorbiu relipiat. Eius inuenit tempore Iuba regis Libya cognita existit. Succus illius suffusiones discutit, potus tota die exurit: quare mel li, collyrijisque pro acrimoniam ratione admiseri debet. Coxarum doloribus prodeft in odorifice portione haufiuit. Squamas ossium eadem die eximit: verum ut uteret, necesse est linamentum, aut cerasis communire corpus, quo ossa conueniuntur. Aliqui memorie proddiderunt, percussos à serpente nihil molesti paſſuros, si incisa osse tenus capitis cuncte, intritus succus infundatur, uulnusq; poltea cōſiūatur.

Non equidem dubitandum cense, quin illud legitimum sit Euphorbiu, quo paſſim officina utuntur, cùm tam gustu, Euphorbiu quam olfactu acerrimum apprehendatur: ob cuius uidentissimam acrimoniam nunquam, nisi iniato animo, a sepiasarij tunditur. Quandoquidem tametsi sibi nares, & os omni prorsus ingenio goſſipio, & in teis aqua rojarum mace facie

faciis munitant; tanta tamen est acrimonia uis renuissima, ut omnibus una cum aere penetratis monumentis, in eorum tandem peruenient nares, ubi molestissimum excitat ardorem, qui non facile tollitur: quanquam etiam medicamentis admodum refrigerantibus succurratur. Quo sit, ut solerissimi pharmacopei bainis, ac alijs vietum quarenibus hominibus id numeris eundem tradant: interea tamen certe iunt, non absque coniunctis, & maleaculis opus habet ab ilis peragi posse. Quemobrem mirum fuit, si qui ab arbore recentem colligunt, exsimium acrimonia feruorem expagecentes, & longinquum corticem ferant. Hanc plantam (ut Plinius quoque testis est) adiuuent primum Iuba Lybie rex in monte Alante ultra Hierodus columnas, appellauitque Euphorbiū medici sui nomine, & fratris Misae, à quo diuis Augustus sicut conservatus. Euphorbiū Plantam nunquam mihi uide licuit. Sunt tamen qui illam pingant, & à Saraceno acceptant scribant. Cui credere forte si plantam uiam ostenderet, in qua Euphorbiū nonnulli inest. Euphorbiū deiectiona inest facultas, cuius nusquam, quod equidem inuenierim, meminere Diocorides, & Galenius: tamest cam minime silentio incoluerint Actius, & Actarius, qui concordes eo his uebris differuerint. Euphorbiū non modo pituitam trahit; sed etiam aquam, hancē ualidus edicit. Et autem acerrimum omnium, que ego nouerim, ardentissimum: propter caloris, & uentrum frigidam habentibus datur. ceteros uebenter conturbat: stimū maximē cit. Nonnulli ex oratori feminis est commiscendum. Modus triobolaris, ex aqua mulsa. Præstat tamen cum melle cocto ipsius in catapota redigere. Id quod etiam Paulus annotauit libro septimo, ubi inter ea Euphorbiū recensuit, que aquam, & pituitam deuident. Verū in simplici censu Diocorides, Galeniusq; fecutus, de hac deiectione facultate ipse quod nibil memoria prociat. Ceterum inter Arabes Mesues fuisse Euphorbiū uires tradidit in solutum medicamentarum mentione; ubi ita, ad fensem latere scribit. Euphorbiū gummi est, quod uisque adeo exalfacit, extenuat, ut in hoc cetera gummī genera præcessat. Exalfacit enim ordine quarto: quo fit exulceret, ruborem, inflammationemque infert, penetret, & uolenter absterget. Euphorbiū noxium admodum est medicamentum, ita ut non labore, animi & felicitate, sed frigido aluum dejectat. Inocui ob id, uentriculique sua inenti acrimonia magnam infert noxiā. Quapropter exhiberi minime debet, nisi prius ius commisceatur medicamentis, que acerrimam eius uim retardare ualeant. Extrahit partem profundi corporis partibus tum crassem, tum lentam pītūtam, & mundatque compagnum canuates a crassis contumacis hirsute excrematis, quia re omnium ualentissimum est medicamentum. Nervos expurgat ab infirmitatibus humorib; Proficit ad hæc resolutis, conuulsis, stupidis, tremulis, orisque diffectionibus, & cateris nervorum morbis a figura obvitis, si ex leucopœo levigatum exterius inuagat. Incineri, liueniū, inunctū; & masticare eorum dolores tollit a figura, & flatu prouidentes. Sternutamenta ualentissime cit. Occipiti autem confricatione, ueterines, & oblitiosi: iunctū: iunctū. Aquam intercutem facilimē extrahit duorum obolorum pondere potum. Sed drachmarum trium pondere baſium, ut Serapis, & Aesculapius scripturam reliquerunt potenter interficit, trium dierum statim croſis ab eo intefit, & ventriculo. Euphorbiū, est Mējē, quatuor edat annis: neque eo prius utendū est, quam annum integrum consumuerit, ranque recent ob in gentem acrimoniā reprobatur. Sernatur con modè milio, aut fabis, aut lentibus sequitū. Euphorbiū facultates paucis perficit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Euphorbiū caſſice, ſue uenit, & tenuum partium facultatis efficiuntur ſimiliter. Et libro. 2. de compositione medic. localium, cap. 3. tradens curam hemiventrici, idem de Euphorbiū ita scribit. Porro de euphorbiū facultate iam mihi relatum est, quod citā excludat. quare in eiusmodi pharmona non uetus conuerte oportet. Dicitum etiam recent albidus eſe: quod uero inueturum eſt, ſi uirioris aut pallidioris coloris reddi. Planta, que Graecē Χαλβάνη Latinis item Euphorbiū nominatur, quem admodum succus eius: Mauritani, Euforbiū, ſeu Farbiū: Italī, Euphorbiū: Hispaniā, Alforion, & Enforio; Gallis, Euphorbe.

Xαλβάνη.

GALBANVM.

CAP. LXXXI.

40

Ex Galeno.

Nomina.

a Meum, τὸ
εποτέ
εἰσερ-

πεντα.

Galbani con-

federatio.

Galbani ui-

res ex Gal.

Nomina.

Galbanum succus est nascens in Syria feruile, quod nonnulli metopium uocant. Maximē laudatur cartilaginofum, merum, thuris effigiem prebens: pingue, minime lichenofum, retinens nonnulli adieciū feminis, & ferulae, graui odore, neque ualde humidum, neque nimis aridum. Adulteratur faba fræſa, refina, & ammoniacos. Galbanum exalfacit, urit, extractum, & dicitur: mentes, ac partus trahit appositu, uel ſuſtu. Lentigines aceto, & nitro peruntūtas tollit. Deuoratur ad tuſſum ueterem, difficultatem spirandi, ſuspīria rupta, conuulſa. Aduerterat toxicis, potum cū uino, & myrra: ſimili modo ſumptum mortuos partus extractum. Imponitur lateris doloribus, & furunculis; comitiales, & uelue stranguulat, & vertigine nosofa ſoluctu fulcit. Si uratur, fugat nitores serpentes, & peruntūtas terri nō patiuntur. Serpentes cum oleo, & iphondilio circumpoſitum necat, dentum dolorem oblitum, aur caueriſſimū indutum, mitigat. Urina difficulte prodeſſe exiſtimatur. Refoluitur ad potionē amaris amygdalis, aqua, aut ruta, aut calido pane, muſtā; alijs meconio, ure uito, aut ſcille liquido. Si purgare Galbanum uoles, in feruentem aquam demittit, namque cū liquefactum fuerit, eius ſordes fluita bunt; quas hoc modo facile ſeparabis. Mundo linteо, raroque alligatum in ſuſili, aut area pyxide ira pendeat, ut immo uafis ne tangat, opertoque uafe in feruidam aquam demittit; ſic enim ſyncerum, ueluti per colum eliqueſcat, & lignoſum in linteо remanebit.

Quanus legitimum, optimūque Galbanum in pluribus Italiæ locis, preſertimque Venetijs uenale reperiatur; id tamen, quo paſſim officine uituntur, nihil, vel ſex parum Galbanum refert, quod in laudatissimi genere à Diocoride repreſentatur. Siquid illud non modò ab impostoribus adulteratum eſt; ſed etiam lignorum ferularumque ranentis, lapidibus, ac alijs compluribus reuertit uirtutem. Querant itaque probi ſplastrati, quo optimū eſt: alijs uero, qui parfumone, ne dicam auaritie ſtudent magis, quām honori, ut qui probatissimum uix nusquam affequi poſſint, id ſaltē, quod impurum eſt, purgare deberent à Diocordie edicto. quippe quod ex ratione, facile ad auenturis joribus expurgari poſſit. Galbani ūres tradidit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ſic inquiens. Galbanum ſuccus eſt planta ferulacea, molliendi, & digerendi u. Fueritq; ſanct ex tertio ordine exalfacientium incipiente, aut ſecundū do completo: in defiſcendo uero ex ſecondo incipiente. Id Graecē Χαλβάνη, Latinē Chalbanum, & Galbanum appellatur. Arabicē, Chene, & Bezdā: Italice, pariter & Hispanice, Galbano.

Aμυνιακα.

Αμμονιακός.

AMMONIACVM.

CAP. LXXXII.

A Mmoniacum ferulae succus est, quam iuxta Cyrenia Aphrica gignit: cuius fruticem cum radice agathylim vocant. Probatur bene coloratum, ligni & calcarorum expers², thuris simili: iudic. ne. minus glebis, pensum, fyncerum, nulla sorde spurcatum, castoreum odore imitans, gustu amaru. Hoc genus thraumalid est, fratriuram appellant, quod uero terram, & calculos collegit^b, phryama. Gignitur in Aphrica iuxta Ammonis oraculum, succum stillante ferulacea arbore. Mollit, extrahit, calcificat: tubercula, duritasque discutit, potum aluum soluit, partus exrabit: si enem consumit, drach me pondere haustum: articulorum, coxendicumque doloribus liberat. Auxilio est anhelatoribus, orthopnoicis, comitabibus: item quibus humor in pectori coit, si cum melle delingatur, aut cū ptfana: succo forbeatur. Cruentam uitam pelit, albunes oculorum absterget, generum scabridam absumit: tritum autem cum aceto, & impositum, iocineris, lenisque duritas sedat. discutit ophos, qui in artibus concilantur, cum melle, aut cum pice illitum. Lassitudines, & coxendicum dolo res eo perungi utile est, cum nitro, & cyprino oleo, uice acopi.

A Mmoniaci lacrymam officinæ, mutata una litera, Armoniacum vocant. Cuus tamen syncripsma parum ad nos Ammoniaci conuenit, quies Alexandria Aegypti cum mercimonis Venetias redeunt. Quandocumque rarissimum Ammoniacum uisit, quod suis minutis glebis tros referat. Nam omne ferè quo officinæ utuntur, pieces resine modo in masto compactum ceruit, impurum, ac quam plurimi imperiorum adulterij uitatum. Vi hinc facile dici posse putaverim, hoc nel ilegitimum, uel saltem detersus esse, idq; fortasse, quod Dioſcoridus phryama nuncupavit. Cuus etiam meminit Plinius libro 12. cap. 23. ubi de Ammoniacoto scribit. Ergo Aerbioſis subiecta Aphrica Ammoniaci lacrymam fillat in arenis suis. Inde etiam nomen ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam Metopion vocant, resina modo, aut gummi. Genera eius duo, thrauston mafcioli thuri, [similitudine, quod maxime probatur: alterum pinque, & resinosis, quod phryama appellant. hoc Plinius. Ceterum Ammoniacu uili sua antiqui (ut Paulus est auctor) in sacrificiorum ornamenti, ac stufamentis. In quem sanè usum illud ab ijs receptum fuisse coniiciendum est, quod electiſſimorum, & thuri perfime exsit. Huius rei illud maximè est argumentum, quod ab ipso Paulo, item; Actio in suis medicamentis Ammoniacum thymiana, hoc ei, suffumatum cognominatur, quasi Ammoniacum praefrantissimum ita intelligere uoluerint. Ammoniaci meminit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Ammoniacum licet quo ferula cuiusdam. Hoc habet emollienti facultatem intensam, adeo ut & articulorum topbos dissoluat, & lienes 30 induturas facet, & cheradas discuriat. Quod Græci οὐρανὸς, Latinu item Ammoniacum dicunt; Mauritan, Raxach, siue Asiac: Itali, Ammoniac, & Armoniac; Hispani, Agua-xaque, & Armonaque.

a Meum. At
βεστίγιον
τεττάρα
υπό θύεται
γραμθή
τοποδιοί.
b Μέλι. φύρα
με. i. mixtu-
ram.

Ammoniaci
vires ex Gal.
Nomina.

Εργάσια.

SARCOCALLA.

CAP. LXXXIII.

S Arcocolla lacryma est arboris in Perside nascentis^a, pollini thuris similis^b, rufa, gustu amara. Vulnera glutinosa, oculorum fluxiones inhibet. emplastris inficitur. Adulteratur ad misto gummi.

L Acryman hanc Sarcocallam dicere Graeci, quoniam sicuti glutinum lignum, ita hec fauiciat, exulcerat amore corponi, pars carnis aggreditur. Q[uod] autem ad nos adiebitur, non omnis legitima est: quippe quod ea plerunque (ut de aliis quoque pluribus lacrymis, resinsis, & liquoribus fieri superius diximus) gummi, & alterius generis lacrymis adulteria deferatur, & talis in officinæ inueniatur. Verum fruis gustu facili depredentur: quodquidem qua amara non est, adulterium est. Plinius libro 13. cap. 11. albam easter præstat, sic inquiens. Fit & ex Sarcocalla (ita uocatur arbor) gummi utilissimum pictoribus, ac mediciis, simile pollini thuri: & ideo candidam, quam rufior melius. Et libro 22. capitulo 14. idem ita scribit. Sunt qui & Sarcocalla p[ro]p[ri]a lacrymatum putent, pollini thuri similiem, cum quadam acuminata dulcem. Cum rivo tufo sicut fluxiones: illitum infantibus, & vestitare & hec maxime ingrediuntur: melior quo candidus. hoc Plinius. Qui tam in Sarcocalla historia à Dioſcoride, & Galeno maxime dissentit, cùm bi Sarcocallam galutinibus amaritudinem relinqueret aferant, illi uero contra dictidem. Vidi Sarcocalla arboris imaginem ab Andrea Marino Mexico insigni appictam in eo Mesuis libello, qui de aliis ducentibus medicamentis infribuit. Eam cur probem, aut improbem? anē non babet, cùm mihi non abs re sit ambigendum ac Mercator illi Persa historiam aut sarcocallam attulerit. Sarcocalla Mauritanis pituitas cruditates, ac graffos, & glutinosos deject humores, prestatrum qui in compagnum, & coxendicum canitatis delitescunt. Cerebrum mandat, item nervos, & pulmones: prōinde tifflentios, & difficulter strantribus auxiliatur. Est etiam ex medicamentis, quae fenes inuentu, precipue pituitos. Calidescit tamen, qui frequentius ea utuntur. Præstat miru in modum ad oculorum albunes, nubeculas, cicatrices, & id genus impedimenta, si in cratera uentre asinino latere maceretur quinque diebus: interea tamen nouu lac quodidem est infundendum, priore effuso. Vulnera præterea penicula hydrometre prius mafedestra, ac inde Sarcocalla puluere circunlitta arboris exulceratus uiter impossuntur. Crenulato inderibus, ac diutinuis ulceribus maficet medetur: quippe que propriu munere ea à foedibus mundet, carne replet, cicatriceque obducet. Aluum tardè deject, perturbatque eos, quorum uentriculus bile reuidat: quare cauendum est, ne ijs exibeatur. Reboratur eius detefloria facultas, gingibore, & cardanomodo actitis. Hæc ex Arabibus depropmitus. que sibi tam antiquis, quæ recentioribus incognita fuerint, utpote quia ea nūquam, quod equidem legerim, scriptis tradierunt. Sarcocalla uires retulit Galenus libro 8. simplicium medicamentum, ubi in scriptum reliquit. Sarcocalla lacryma est arboris Persica. nostram uim habet ex emplastris quodam substantia, & panitia amara. Itaque citra mossum dejectat, prōinde glutinare vulnera valet. Lacryma, que ex Galeno. επαραζα Εργάσια, Sarcocalla item Latinis, & Italis appellatur: Arribulus, Anzaro, Anzaren, sen. Azurra: Hispanis, Lancavites; Galis, Sarcocalle.

Sarcocalle vi
res ex Arabi-
bus.

Ex Galeno.

Nomina.

Ταχασια.

GLAVCIVM.

CAP. LXXXIII.

G Laucium succus est herba, que ad Hierapolim Syrie nascitur, folijs feru corniculati papaueris pingulitoribus tunc, in terram sparifis, odoris terti, gustus amari, tota crocco succo madecat. Herba.

Hera-

lia in olla filii semifrigidis clibanis calfaciunt indigenæ, usque dum flaccescant; deinde contusis secum exprimunt. Cuius est usus ad oculorum medicamenta, utpote cum inter initia refrigeret.

Glaucij confederatio. **G**laucium medicinæ, & officinarum uulgæ, qui barbarorum, & Arabum nomina usurpare solet, Serapionis, & Auctiæ modo, Memihiæ dicitur. Id autem, quo passim seplasarij utuntur, meo quidem iudicio, uerum syncretumque Glaucium est. Quippe quod omnibus ferè notis, & facultatibus legitimo respondet. Præter id enim, quod facio periculo, oculorum uitio optinatur; fornicatus rufescit, minus nero croceo colore pectoratur, & gulosi amaro sentitur eum quadam græco latantia. tametsi pharmacopolas nonnullos quandoque reprehenderem, qui è maioris chelidoni succo Glaucium conficiunt. Sed animaduertendum est, quod in Serapionis codice, præter proprium Memihiæ caput, quod Diocoridis est Glaucium, legitur etiam in capite de Circumcisione fortasse interpretis fuerit lapsus. Chelidonium minus uocari Memihiæ. Quid in Serapione uel interpretis, vel alterius culpa, mendax subsit, inde mibi quidem orta est suspicio maxima, quod Diocorides, cuius uerba ad anguum referit Serapio, Glaucij non meminerit in Chelidonijs. Quo factum est, ut illi seplasarij depravata Serapionis lectione decepti, in hunc & alterum errorem incidenter: quod non solùm ex chelidonyjs suum Glaucium eliciunt; sed etiam manus chelidionum minoris loco sumunt, quandoquidem illud succum croceum mittat Glaucio similem. Glaucij facultates memoris prodiit Galenus libro 6 simplicium medicamentorum, sic inquiens. Glaucium adstringit cum quadam fastidio. Tum adeò manifeste refrigerat, ut solum erysipela, utique si ualentia non fuerint, curare possit. Miftura eius composta est ex aqua terrea; substantia, utraque sane frigida, uerum non summe, sed cœu aqua fontana. Graecia sic Graecæ, ut etiam Glaucium Latinè dicitur: Arabice, Memihiæ.

Kappa. GLVTINVM.

CAP. LXXXV.

Glutinum, quod xylocollam, alij taurocollam uocat, præstissimum Rhodiaccum, quod ex bubulis corijs conficitur. Id candidum est, & translucens. Nigrum uero minus probatur. Refolutum in acetō, impetigines, leprasque cutis delet; ambustis igni ex aqua calida dilutum, illutumque pulsulas erumpere non patitur. Vulneribus prodest melle, aut acetō madefactum.

Iota. PISCIVM GLVTINVM.

CAP. LXXXVI.

Piscium gluten, uenter est piscis cetacei. Præstat candicans, natione Ponticum, subasperum, minime scabrum, & quod celeriter liqueficit. Utile emplastris capitis, & lepratum medicaminibus, & teranotris, quia cutem facie erugant, & extendunt.

Glutini confederatio.

Nemo est, qui taurinum, & pisces Glutinum non cognoscat: quare hoc in re non pluribus uerbis opus est. Verum dum, quod Glutinum taurinum hac etate non modo è taurinis corijs conficitur; sed ex omnibus quadrupedum fellibus. Huic, neque alterius non reperio menimissi Galenum in simplicium censu, quamquam inibi libro 7. illius glutinis libri, mentionem fecerit, quod ex polline farina, & mucia paratur, sic scribens. Gluten, quod ad libros preparant ex similiagine, & garo, emplasticis, concoctrarieque facultatis est, quibusunque ipsius partibus illatas. Ceterum illud gluten, quod è pisibus fit, inter cetera simplicia Paulus quidem retulit, sed ex tantum ferè de eo scribit, quod Diocordi accepta referri possunt. Id Graecæ κόλλα, ἐγκρέπε, & ταρπεδία vocatur, quod Latinis Gluten & Glutinum: Italic, Colla di carnicio Hispaniæ, Colla, & Grudel. Quia uero Graecæ ιχθύοις, Pisces glutinum Latinè dicitur: Italice, quemadmodum Colla de pece. Arabice utrumque gluten Zire, seu aræ nominatur: Germanice, Leim: Galicie, Colla.

Lambda. VISCVM.

CAP. LXXXVII.

a Meum uera
Eduardus sub-
fluum.

Visum optimum est recens, intus porraceum, extrâ fuluum, quod ásperi nihil, aut furfurosi conceperit. Fit f' acinis in queru[n]t nascientibus, buxeo fruticis folio. Confrusum acinum lauant, & poitea in aqua decoquunt. Sunt qui commanducando ipsum efficiat. Gignitur quoque in malo, pyro, & plerisque aliis arboribus. quinetiam inuenitur in quorundam fruticum radicibus. Emollit, discutit, extrahit, parotidas tuberculæ, caterasque collections ad maturitatem perducit, cum resina & pari cera mistum: epinyctidas in splenio sanat: uetera ulcera, abscessusque, quos cacothes uocant, ex thure molit. Lienem cum calce, gagate, aut Aſio lapide coctum, & impositum absunt: cu[m] sandaracha, aut auripigmento illitum, unguis extrahit. mistum cum calce, & uini face, suam uim intendit.

b Meum uera
Tunc tunc
rebus aut
lutes ipso
in edit. Idem
habet.

Visum fit pluribus, ac diversis modis. Verum omnium præstantissimum est quod è granis in queru[n]t nascientibus conficitur. Huic præter id, quod inuidum in pyris, malis, nascitur, ingens in Hetruria proutens. Siquidem inibi non modo in queru[n]t laudatissimum prouent, sed etiam in certo, illice, & castanea, in nostris prætermaritimis Senensisibus, ubi uafissimè affligerunt sylue, que non parvo pretio ijs locantur, qui uiscum efficiunt. Scandunt autem illi arbores immenses, non sine magno uite suo periculo, sepiusq[ue] funibus adalligati id muneris in acre pendentes obueniunt. Granæ, que legerint, in aqua decoquunt, donec diffringantur: poſea contindunt, & tandem lauant in aqua quousque furvates excrementa exmant. Referunt Plinius, nafci Viscum in queru[n]t tanum, rubore, illice, sylvestri pruno, terebintho, pinu & abiete. At in Hetruria gignitur etiam in castanea, quod optimum est, malo ac pyro, non tantum sylvestri, sed etiam domesico, quamvis penitus inutile. Visci maxima Hetrusci utilitas est: nam præter eius usum in auxipis quibus mirum in modum detectantur ob incertem turdorum copiam, qui autumni tempore, in sylvis quibusdam ex uumperis arte constrictis, eo captiori, id etiam in primis uite est uitiis minendi, non prima germinatione ab cruci, quibus omnia scatenat, genoma deuenerunt. Siquidem agriculti Visco uites omnes circundant, quo poitea erodentes uermiculi, qui tam præstantissimo latice infidantur, è terra in suum petentes, merito implicantur. Quod cum perfexisset natura omnium rerum parens, uisci multum Hetruria largita est, ne hanc ob pestem uno defitueretur. Visci fructu uescuntur turdi, precepit magis, quos nostri uulgæ turdellæ appellant. Quorum stercore uisci ferme pleno inficiuntur & seruitur arbores, in quibus pernoctant, & uacant: quo tandem ferme nascitur planta, que uiscum creat. Vnde scitè à Plato dictum est. *Turdus*

Visci utilitas
in Hetruria.


Turdus exitium sibi cecat. Ceterum Viscum per se non est arbor, sed in arboribus viuit, fronde plerunque perpetua. Id quod etiam testatur Virgilius lib. 6. Aeneas, cum inquit,

Quale solēt sylvis brunali frigore Viscum.

Frondē virens noua, quod non sua feminat arbos.

Prōinde Plinius libro 16. cap. ultimo ita scriptum reliquit. Quedam enim in terra gigii non possunt, & in arboribus nascuntur. Namque cim suam sedem non habent, in aliena viuent, sicut Viscum. Omnino enim satum nullo modo nascitur, nec nisi per alium autem redditum, maximè patens, & tenuis. Hoc est natura, ut nisi naturaliter in ventre autem non proueniat, hec Plinius. Que ante ipsius memoris prodidit Theophratus libro 2. cap. 23. de plantarum caulis, unde illa mutuata est Plinius. Porro id, quod in pinu, & abiete nascitur, quod (ut Plinius inquit) seleni Eubaea dicit, bipartit. Sed hoc ad accupia proposito inutile est: decūlum enim, & deinde elatum omnem amittit lentorem. Quod autem in pinu, abiete, amygdalo, malo, pyroque prouenit, perpetua fronde viret. Id però contrà, quod querui, robori, & cassante in-

V I S C U M.



l. nascitum,

Theophrasti
sententia non
accepta.

nascitur, utpote cui apparet byeme omnia folia decidant. Huins rei ea simplicia reddeunt tentuit. Tl. Theophrasti l. 10 paulo-
nante citato, cum ita scribit. Viscum aliud folio est perpetuo, aliud deciduo, hanc quaque absterendum est. Siquidem aliud
pervenitibus juniper arboreis, aliud frondem amictibus infide. sit enim, ut in his careat alimento; illis debeat quan-
tum abunde sit. Causa cum perpetuo, deciduo frondis hec est, quemadmodum dicitur: In sententia Theophrasti: Ve-
rum enim vero hec Theophrasti sententia non omniv ex parte probanda videtur, quippe quantum numerus in vixim: quod
in amygdalo, piro, maloq; multa prouerit, tam glare, quam venere fronde perpetua viret, cum tanta de arbores hye-
me frondibus desiguntur. Quo sit, ut aliunde huins rei causam parendam exsimim. Et preterea: Viscum aniculis tan-
cum capiendis commendatum, in Syria ex myzis, que Aprolis Sebastea dicuntur, ut libro primo in primorum mentione
de iis differentes retulimus. Vtuntur hoc Inſolites suis in aniculis, quod arboreo uirgo carant, illudij: Veneit deſeruant
quo primum ex Damasco Inſolites vocatur. Sed id querendo bonitate edidit. Fit quoque Pla-
ſium e quarendam arborum radicibus, agrifolia presertim, & viburni, quarum etiam arborum historiam libro primo i-
diu, & rhoes commentarij inserimus. Qui autem ex huicmodi arboribus uicium conficiunt, cortices radicis summis-
effossaq; scroba interstiarum arborum frontes humido solo sepelunt, ibique tanto tempore dimittunt, quoad comparetur:
mox exsunt, & tandem in pila contundunt, donec lentore concipiunt: deinde aqua calida lavant, & manibus commi-
scunt. Hac etiam ratione quibusdam in locis fit ex ibiſi radicibus. Sunt qui quern uisit lignum in tenuisimum pulue-
rem redigant, & comitilibus haerentibus prebeat, quo tantum medicamentum multos suſiles sanas proceror affirmant.
Atque operosissimum est, ut eo ita utantur canitiales quotidie in quadrangulum diem usque: & carant ne lignum ab ar-
bore reficiens terram contingat. Idem colloq; aut brachio pro muleto superponit, cum suo cortege grandiorum conce-
ptum adiuuat. Sed noui ego complures, morbi, & medicamenti per nos ignatos qui ligni: eco Viscum: pum' in catapotis
deuerandum dedermi. Viscum quod in Pyro fyliebat nascitur contractione membrorum laborans maximo effe auxi-
lio fecimus. Contundit id una cum foliis, & ramis, & cum pinguedine capiuntur. Viscum memini Galenus libro 6. fme-
tum medicamentorum, pbi de eius uiribus differet us uiribus. Viscum ex plurima aerea; & aqua calida, patefici, mater-
rena substantia constitut. Nam acuminis in eo amaritudinem excellit. Itaque etiam affectus substantiae reverentur.
Siquidem valenter ex alto humores extrahit, nec eos tantum tenues, sed & crassiores, eosque diffundit, ac agerit. Est
autem & ex eorum genere, que non rotulos poli primam appositionem excalcent, sed que tempus requirunt, uelut ihop-
sia. Sed & supra communius, messe calidis facultate medicamentis; vbi largum continent humorum incrementum.
Nomen illi Grecum, i. Latine, Viscum: Arabicum, Dabach, seu Dibach: Italicum, Viscio: & Pania: Germanicum,
Vogellicum, Hispanicum, Viso.

Visci vites ex
Gal.

Nomina.

† Nulla hic in Grecis codicibus fit acinorum mentio, sed hec tantum leguntur. Veritas in tiroz xaptoz oπηρηποτο
hoc est. Fit ex quedam fructu rotundo. Cui etiam lectio adscribitur Serapio. Sed interpres videtur Iecutus Plinii
qui lib. 16. cap. ultimo sic inquit. Viscum fit ex acinis, qui colliguntur messum tempore inaparatio.

Aparine E.

a. ex puro
& aquosus
i. e medio ve-
luti umbilicis;
i. e Meum.
b. Meli. per
ēvov. i. cum
vino.
Aparines con-
federatio.

Aparines vi-
res ex Gal.

Nomina

Aparine ramis multis, & paruis fruticat, asperis, quadrangulis, per intercallata orbiculato folio-
rum ambitu, ut in rubia: folios albus: semen durum, rotundum, concavum, album; umbilicis si-
gura: asperitate uelutum tenaci. Ea pastores coli uice: utrum ad eximendos elacterios. Seminis
lum, ac foliorum succus, potu: contra uiperarum phalangiorum quem mortuus auxiliatur: infatu-
rium dolori medetur. Herba cum axungia trita, strumas discutit.

Aparine nusquam non prouenit, sed presertim (ut Theophrastus inquit in versamento: Italib[us] uig[or]o uocant Spe-
ronella: quod folia circa caulem ad calcarium stimuli modum, afterci instar profertur: Tali[us] hec asperima est,
quapropter cum adolescentur, attingentium uelutibus pertinaciter heret. Huis succum magnificum quidam ad recentia uul-
nera glutinandy, & ad papillarum rimas. Stillatia eius aqua datur milditer potanda dylenteris. Seca farina uulnera
glutinans, & ulcera sanat. Aparines memini Galenus libro 6. simp. medic. ubi sic breuerit inquit. Aparine quidem phi-
lantropon, alijs omphacocarpum cognominant, modice extergit, & defecat. habetque nonnulli subtilium partium. Herba
hec Greci, & ariu: uocatur: Latinis filicier. Aparine: Italis: Aparine & Speronella: Germanis, klebcaut: Hispa-
nia. Preferat: Gallis, Grateron.

CAP. LXXXVIII.

A P A R I N E.

*Alyssum.*

A L Y S S U M.

